1717 Aquileiae reperta indeque a. 1817 illata in museum Vindobonense.

B M
BENEMERENS
VEGETANTIUS QVT VI
XET ANVS PL ☧ VS MINVS
LXXXI QVI RECESSIT
QINT *figura* KL GEN
ACE FC *precantis* ES
columba *columba*

Contuli. Zuccolo ms.; Arneth n. 83.

Examinavi ego bis diligenter examinavitque item peritissimus Rossius et haec observavimus. — 2 lapicida dedit primum BENEMERENI secundum Rossium, BENEMERENR secundum me; unde fecit opinor BENEMERETIS vel potius BENEMERETVS; Rossius credit eum primum emendasse BENEMERENTI, deinde BENEMERENS. — 3 lapicida dedit primum VERGNVS secundum Rossium, VERECNIS secundum me; de emendatione supra data consentimus; videtur dedisse *Vegetantius*, dare voluisse *Vegelantius*. — In sequentibus ad v. 5 constat de secunda manu nec morabimur in scriptura primaria ambigua. — 6 recte intellexit Rossius significari QINTV·KL·GEN, id est *V kal. Ian.* — 7 de lectione consentimus, nisi quod Rossius legit ·ES; quid lateat, incertum est.

1718 Aquileiae apud Zaninium CORT. Nunc in baptisterio.

MINIANVS ·E VRBICA
DEI · DATA · VIVI

Descripsi. Cortenovis p. 85 qui vidit a. 1786. Kandler ms. et diverse Istr. 1852 p. 100.

1719 Aquileiae in museo Bertoli, nunc Cassis.

To MESI
VRBICAFID

Descripsi. Bertoli ms. n. 851.

1720 Belignae reperta, nunc apud Zandonatium.

S QV IANTETEMI
EMHETEPNAPETBE
NT QVORVM ISPIRITVS
ACCEPTVS EST
TERVS ❧ VRSICI
FECERVNT

Contuli. Kandler in Istria 1852 p. 96; Orlandi ms.

Lectio certa est lapisque a sinistra intuenti integer, ut pars prior versuum in altera tabula fuisse videatur huic adiecta. Fuit fere: [*dormis cum i*]*s qui ante te mi*[*hi erepti quiet*]*em heterna pet*(*i*)*be*[*runt benemere*]*nt*(*es*), *quorum ispiritus* [*cum sanctis*] *acceptus est.* [*Eleu*]*terus Ursici*[*na parentes*] *fecerunt.* Supplementum v. 4 debeo Rossio.

1721 arca reperta Aquileiae in aede S. Felicis a. 1774 una cum arca Valentiniani et Athenodorae n. 1712. Deinde a. 1826 descripta est Gradiscae apud baronem de Fin teste VATTA.

DEBITA NON OP*TATA DIES IVVENILI ADVENIT AETATI*
CVM MERITIS GAVDERET SVIS *QVE OLIM LAB*ORE QVAESIIT
TVNC DESERTVS DVLCE EST CONI*VGALI V*INCVLO
AC POST NON MAGNO ET CRVDELI TEMPORE
EORVM FATA DV RAECONIVNXERVNT CORPORA
VNO IACENT AMBO NON TORO SED TVMVLO
NEC REMISERE SALTEM SVBOLEM QVI MEMINERIT SVOS
QVOD NON QVIDEM SOLIS NEC NVNC PRIMVM CONTIGIT
OMNIBVS SEMPER SVIS FVIT CARVS AMICVS
HIC DVCENAE DIGNITATE INTER LECTOS MERVERAT VIROS
HVIC CONTVBERNALES SVI ID CONTRA VOTVM POSVERVN
FORS QVI INTENDIT DOLEAT SED SIC SE FATA F*ERE*BANT

In ephemeridibus Romanis a. 1774 l. c. ad n. 1712, quibus misit Gradenigo, indeque apud Donatum l. c. et apud Florium l. c. legitur una cum titulo Valentiniani, item apud Cortenovium ms. p. 13 (inde Marini ms. n. 7146), qui tres auctores pendent ab eodem archetypo. Moschettini ms. inter Steinbuecheliana et Pironiana duobis exemplis, quorum alterum est Zaninii medici Aquileiensis, alterum Zaninianum correctum; ex Moschettinio pendet Steinbüchel *Wiener Jahrb. A. B.* 47 (1829) p. 62. Vatta in Istria 1849 p. 117 proponit ut descripta est m. Iul. 1826 Gradiscae, praeterea et secundum Zaninium et a se restitutam.

Variam lectionem adieci Gradenigi Florii Cortenovis Zaninii Vattae; hic quae scribit v. 1. 2. 3. 12 defuisse a. 1826, dedi inclinatis. Vera tria exempla innotuerunt, cum Gradenigi Florii Cortenovis pro eodem habenda sint. — 1 IVENILI Grad. Flor., INVENIVI Mosch. — ADVEIT Grad. — 2 QVE Grad. Flor. Cort., QVAE Zan. — QVAESIIT Zan., QVAESIII Vatta, QVESIT Grad. Flor., QVSIT Cort.; fortasse fuit QVAESITIS. — 3 DVLCI Marini ex emend. — CONIVGALIIVINCVLO Grad. Cort. — 4 CRVDELIITEMPORE Cort., CRVDELI IIMPORE Vatta. — 5 DVRAE CONIVNXERVNT plerique, DVRAE CONIVNXERANT Florio, DVRAE CONIVX ERVIT Zan.; est *dum reconiunxerunt*. — 7 QVE MEMINERIT SORS Zan. — 8 SOLI Grad. Flor. Cort. — CONTIGIT Zan., CONTIGII Vatta, CONTIGI Grad. Flor. Cort. — 9 FVIT Zan. Vatta, EV . . IT Grad. Flor., SEV . . IT Cort. — 10 DVOENAE Grad. Flor., DVODENAE Cort., DVCENTE Zan., DVCENA// Vatta, qui restituit DVCENARIAE. — LECTOS Vatta, SEXTOS vel SESTOS exempla Zaniniana, ELECTOS Grad. Flor. Cort. — 11 SVID . . . CONTRA Cort. — 11 POSVERVN Grad. Flor. Vatta, POSVERVNT Cort. Zan. — 12 DOLEAT Zan. Vatta, DOLEXT Flor., DOLET Grad., DOLER . . T . . Cort. — SIC] SII Zan. — FATA 'litteris contignatis' Vatta, FATA Flor. Cort., FA Grad. Zan.

1722 Aquileiae in museo Bertoli, nunc Cassis.

INNOCENTI · SPO QVEM
ELEGIT DOMS PAVSAT ❧
INP *baptis-* ACE
FIDE *ma* LIS
❧ X KA L SEPT
SEPT EMBR *sic*

Contuli. Fontanini ms.; Beretta ms. (inde Mur. 1888, 5); Bertoli p. 396 n. 579, qui misit etiam Zenoni a. 1726 (Zeno *lettere* 4, 156).

1723 Aquileiae in museo Bertoli, nunc Cassis.

ISSIMAE
SIMO · CONT
SVIT · DEPO
NOFITVS
BRIS ❧

Descripsi. Bertoli ms. n. 937; Cortenovis ms. p. 104 (inde Marini n. 6448*a*); Zuccolo ms.

1 sic Cort., SSIMAFI ego, SSIMAI Zucc., SSMA·F Bert. — 2 CONI Bert., CON Zucc.

1724 Aquileiae in museo Bertoli.

VMLA VA
T CVM SVOV
VIDVA ANNIS

Bertoli p. 309 n. 438.

1725 *la Farella* prope Belvedere BERT. Ibidem adhuc.

❧ HIC SV*m* EGO
ME PARVVLE ETATIS
QVI ME PRECABII
SED INIQVA TEMI
POMA DOLEREM

Descripsi. Bertoli ms. n. 829.

1726 Aquileiae apud confessorem monialium.

NAM · BI
OMNIA·QV
NVNC · TI
PER BELL
QVAS·OL
SI NON·T
IN PRIX
FRXKIX
APITVS

Bertoli ms. n. 840.

1727 Aquileiae POC. Belvedere CORT. Nunc in museo.

GIS·MEA FA·TA·DOLEI
PRIMA·ET·ATE·DECTVS
M·V·DIES·XV

Descripsi. Pococke p. 125 n. 9; Cortenovis in itinerario; Kandler vidit.

1 EA·TA ego.